10.

1742.
d 29 März

POEMATIUM DRAMATICUM

IN HONOREM

VIRI ILLUSTRIS, MAGNIFICI, AMPLISSIMI

ATQUE CONSULTISSIMI,

DOMINI

DIDERICI MEIERI,

JCTI EXCELLENTISSIMI,

CUM POST GESTAM FELICITER TRIGINTA, ET QUOD EXCEDIT, ANNOS

DIGNITATEM SENATORIAM

ADMINISTRATAQUE SUMMA CUM LAUDE GRAVISSIMA PLURIMA REIP. OFFICIA

ANNO MDCCXLII. DIE XXIX. MARTII MENSIS,

QUO EODEM ILLAM OLIM INIIT,

CONSULARES REIPUBLICÆ BREMENSIS FASCES

SOLENNITER CAPESSERET,

CONSCRIPTUM

ILLUSTRIS SCHOLÆ BREMENSIS NOMINE

AB

HENR. HEISEN, PROF. PUBL. BIBLIOTHECAR. ET PÆDAGOGIARCHA.

Chaucia. Theoſtolus.

C. Illa ego, quæ triſtis ſedeo, quam viſa cometæ
Caudula non terret, ſed funere merſus acerbo
Exanimat meus HOLLERUS, quid protinus ora
Immutórque animum? Vigilóne, an ſomnia ludunt
Alioquo Superum. [illegible]
Lux circum? Medium cerno diſcedere cœlum
Palantéſque polo ſtellas; qui devolat inde,
Aut Deus eſt, aut juſſa Dei fert ardua ſecum.
T. Chaucia ſurge; reſurrexit, quem lumine caſſum
Deploras; &, ne dubites, lux craſtina ſurget
Feſta reſurgenti. Quare, [illegible] ille Viſurgis
Quanta vi ſurgit, ventis, nive & imbribus auctus,
Tam tu rumpe moras, novâque hæc ad gaudia ſurge.
C. Ne, quæſo, ne me vano promiſſor hianti
T. Corpora non eadem, ſed mentem ac dona reducet.
Corporea non mole ſalus ſtabitve, cadétve.
Sunt curvæ in terras animæ, & cœleſtium inanes,
Hic quas error agit, quas hæc inſania paſcit.
Mens hominem facit: ac, ubi mente revectum,
Quæque decent mentem, ſuprema ſede locaram,
Dotibus HOLLERUM tibi demonſtravero magnum,
[illegible]
[illegible] Conſule faſces.
C. Largior. Alciden ſed nunc oſtende vel unum,
Qui tanto, non inferior, ſuccedat Atlanti.
T. Immemor es, ne quæ gravior vox excidat ore.
Quæ tibi MEIERI DIDERICI cura receſſit?
Hæccine dat [illegible]? Hæccine multo
Gratia ſudori? Sic præmia juſta laborum
Ingenium, doctrina, fides, bonitáſque reportant?
En! Deus ipſe jubet, factis præſtantibus æquam
Mercedem ut perſolvas. En! Deus ipſe Curulem,

CONSULARES REIPUBLICÆ BREMENSIS FASCES
SOLENNITER CAPESSERET,
CONSCRIPTUM
ILLUSTRIS SCHOLÆ BREMENSIS NOMINE
AB
HENR. HEISEN, PROF. PUBL. BIBLIOTHECAR. ET PÆDAGOGIARCHA.

Chaucia. Theoſtolus.

[illegible]

Palanteſque polo ſtellas: qui devolat inde,
Aut Deus eſt, aut juſſa Dei fert ardua ſecum.
T. Chaucia ſurge: reſurrexit, quem lumine caſſum
Deploras; &, ne dubites, lux craſtina ſurget
Feſta reſurgenti. Quare, tuus ille Viſurgis
Quanta vi ſurgit, ventis, nive & imbribus auctus,
Tam tu rumpe moras, nováque hæc ad gaudia ſurge.
C. Ne, quæſo, ne me vano promiſſor hiatu
Decipe lugentem. Facilis deſcenſus ad umbras,
Noctes atque dies patet atri janua lethi:
Sed revocare gradum, ſuperáſque evadere ad auras,
Hoc opus, hic labor eſt. Nemo tam Numen amicum
Nunc habet, ut poſſit: ſopor omnes ferreus urget,
Lucifugas populatus opes ut robora vitæ
Induerit recidiva ſibi, quem dirus Alaſtor
Perculit, elapſis juvit meminiſſe diebus.
Nemo alius, cujus peragam pia feſta, revixit.
Tu blaſphema jubes, procul hinc, fraudator, abito.
T. HOLLERUS redivivus adeſt: iterum tibi dico.
Aſt, qui te coquit & verſat ſub pectore fixus,
Ut dolor ingenium obtundit, ſic ſpicula linguæ
Exacuit. Me, méne (neſas) contexere fraudem?
Incola ſum cœli, cœli modò lucidus axe
Te cernente ſteti. Non has puriſſimus æther
Fert ſordes. Pudeat fœda atque indigna locutam.
C. Des veniam facilis, precor, &, quo vivimus, ævo
Poſſe reverti animas in mortua corpora, monſtres.
T. Unius objectas Chriſti poſt funera vitam:
Unius & reducis celebras ſolennia vitæ.
Laudo. Meum pariter caput eſt ac gloria Chriſtus,
Sed, ſibi quæ Chriſti præſcripſit pagina nomen,
Plurima poſt Chriſtum reperendæ exordia vitæ
Commemorat. Gemini truculenta morte perempti
Succurrant teſtes. Ternos ubi Delius ortus
Extulit, & quartæ ceſſit pars altera lucis,
Ilicet exanimes nova vita reſuſcitat artus, Apocal XI. 11.
Antéque quàm reliqui, tellus quos vaſta recondit,
Inclyta martyriis, pravíque imitamina ſecli
Averſata cohors annos in mille reſurgit. Apocal. XX. 4. 5.
C. Ergo collapſos cineres animabit & oſſa,
Quam cecinit vates, hæc vivificatio prima?

T. Corpora non eadem, ſed mentem ac dona reducet.
Corporea non mole ſalus ſtabitve, caditve.
Sunt curvæ in terras animæ, & cœleſtium inanes.
[illegible]

[illegible]
T. Immemor es, ne quæ gravior vox excidat ore.
Quò tibi MEIERI DIDERICI cura receſſit?
Hæccine ſtat meritis ingentibus? Hæccine multo
Gratia ſudori? Sic præmia juſta laborum
Ingenium, doctrina, fides, bonitáſque reportant?
En! Deus ipſe jubet, factis præſtantibus æquam
Mercedem ut perſolvas. En! Deus ipſe Curulem,
Quæ jubet, ut poſſis perſolvere, fecit inanem.
Quid ceſſas? Quàm charus erat tibi Conſul ademptus,
Tam tibi conducit divina capeſſere juſſa.
C Heu! mihi, quanta premunt ægros oblivia ſenſus.
MEIERI, fateor, meritorum pondera dudum
Me ſibi devinctúmque tenent, ſempèrque tenebunt.
Hæret & hæſura eſt imis infixa medullis
Multa Viri virtus. Sed vulnere nuper adacto
Hactenus obſtupui, ceu qui Jovis ignibus ictus
Nil meminiſſe poteſt, & vel ſe vivere neſcit.
Nunc miſſu monitúque poli redit ante bonorum
Cognitio. Poſcenda jubes, ultróque volentem
Extimulas. Hoc munus ego cœleſte recuſem?
Hoc ego defuncti perfectum Conſulis Inſtar
Aſperner? Vivo fuit haud conjunctior alter,
Et ſimiles mores, eadem mens nectit amicos.
O! mihi millenos ſi porrigeretur in annos
Hic ſurgens iterum felici ſidere Conſul.
Namque ad mille annos ſanctorum vita redibit.
Sed metuo. T. Sed parce metu. Longiſſima vitæ
Tempora compenſare poteſt mora perbrevis ævi,
Duratura diu ſi plurima munera confert.
Ut verò vivax hujus ſit Conſulis ætas,
Nec ſtantes reliquas ſternant cita fata Columnas,
Indefeſſa Deum per vota precéſque fatiges,
Et pia ſis: pietas eſt averrunca malorum.
C. Accipio, & memori tua pectore dicta tenebo.
Hem! feſtinus abit, repetitque palatia cœli.
Hem! ſulcus, quoquo graditur, ſecat igneus altum
Aëra, jámque ipſas nubes. Quàm curta cometes,
Ignibus his collata, recens incendia ſparſit.
Verùm ego quid cunctor? Quin veſtes exuo pullas,
Atque ſalutatum rectà peto Conſulis ædes.

BREMÆ, TYPIS VIDUÆ B. HERMANNI CHRISTOPHORI JANI, QUONDAM ILLUSTRIS GYMNASII TYPOGRAPHI.